

CAPVT IV.

De Mentula marina.

TAB. XX.
Aldrov. t. 4.
Nomen.

Mentula marina Numenio πειρίν,
aliis forte Holothurium, a θόρυβος
libidini operam dare, θέρας genitu-
ram significat; hinc Rondeletii altera
Holothuriorum species virilis genita-
lis speciem prae se fert; quibusdam
Halesurion, quasi αἱδὸς ἔρα, marina
cauda, Apulejo veretillum dicitur.
Albertus cujusdam ostrei meminit,
cujus species una virgam, altera vul-
vam prae se ferret. Moderni Grae-
ci Pſoli vocant.

Descriptio. A Bellonio ita describitur. Exan-
gue maris purgamentum est: solu-
tum vagatur. Sed ea ejus natura,
ut a pſicibus aliis minime tentetur,
neque a quoquam in cibo expeta-
tur. Littorale est, neque alibi reperi-
tur, quam ubi Patellae, Ricini, et
vertibula degunt. Genitale ex hoc di-
citur, quod teres sit, pedem longum,
et mediocris brachii crassitudine: Di-
stendit se et contrahit hirudinis in mo-
rem. Unde ei et nomen inditum est.
Quin etiam rufi coloris est, Iners,
nec nisi serpendo incedit, aspectu to-
roſo, Nymphaeae radicis similitudi-
ne. Semper ad ima fudit: nunquam
natat: contrectatumque in ſeipſum
contrahitur, ac cornu duritiem ha-
bet, vixque acuta cufide pertundi
potest: alioqui permolle, dum ſua
ſponte movetur, ſuas promuſcides
quando vult, exerit, atque ita con-
ſtringit, ut ex pedali longitudine vix
ſex digitos longum appareant. Ace-
tabulis quae in promuſcidibus habet,
lapidibus haeret; in quibus plusquam

quatuor millia nonnunquam annume-
res. Ex anteriore autem capitinis par-
te rursus erinitas emittit, veluti arbu-
ſculas acetabulis plenas, quibus quic-
quid palpat, ad os adducit, quod tam
amplum aperit, ut vel integrum con-
chulam admittat: vefcit enim omni
conchyliorum genere. Ejus recre-
menta viſcida funt ac lenta, albif-
fima, copiosa, quae tandem indu-
rantur, ut cum fidibus de duritia
nervea certare poſſint. Os in gy-
rum officulis, dentatum habet, praet-
erea nullis offiſibus alibi praeditum.
Ab ore gula in ſtomachum differtur,
quomodo in Erinaceo marino dictum
eft; reliqua ut intestina circumpo-
nuntur in gyrum, quae vix obſerva-
ri poſſunt.

Rondeletius duas species facit. Differentia.
Una corio duro conſtat. Dum vivit
intumescit et diſtenditur: flacceſcit
post mortem. Partes internae indi-
ſcretæ funt. *Altera* ex testa ſpiffa,
dura, cartilaginea, perſpicua et ru-
goſa conſtat.

Gefnerus duas quoque a Sittardo
acceptit. *Prior* maſſa quaedam in-
formis erat, retrorſum ubi crassior
altiorque veluti cornu parvum, ru-
goſum, extendebatur: oppoſita pars
humilior, in glande, foramen rubi-
cundi coloris oſtendit. *Altera* Epi-
petrum dictum, informis quoque,
inaequalis, et tuberosa, multis ace-
tabulis compacta, colore partim ni-
gricans, partim rubescens et albicans
alicubi erat.

CAPVT V.

*De Malo Granato, Fungo, Pyro, Penna marina, Uva
marina, Cucumere marino, Malo infano, et
Manu marina.*

TAB. XX.

Malum granatum, Fungus mari-
nus, et Pyrum a figura nomen
ſortita ſunt. Illud ejusdem eſt cum
Punico coloris. Iſte caerulei; hoc
ejusdem fere.

Penna marina eſt pennis magnis,
quae in pileis geſtare ſolent, perquam
ſimilis. Piftatores Itali ob extremitatis
alterius ſimilitudinem *Mentulam*
alatam voſtant. Eſt enim ea pars
k 3 prae-